



**DN. DVRANDI|| à Sancto Portiano, in Senten=||tias  
Theologicas Petri Lombardi|| Commentariorum libri||  
quatuor.||**

**Durandus <de Sancto Porciano>**

**Antverpiæ, 1567**

Quæstio secunda. Vtrum creatura habens esse fixum & permanens  
potuerit ab æterno produci.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72607](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-72607)

**Lib. II. Distinctio. I.**

nisi non valens. Deinde dicit quod quia perfecta bonitas in creatura est ut ei perfecte adiungatur, ideo fecit Deus rationalem creaturam, & sic distinxit ut pars corpori vni retur, & alia pars, angelica in sua puritate non vniuersaliter remanetur. Deinde ostendit quod homo, & vniuersaliter omnis creatura facta est propter dei bonitatem. Vnde etiam subdit quod bonitas dei est causa existendi creaturæ, & quod ex ea sequitur bonitas creaturæ. Creauit enim Deus hominem ad se laudandum & sibi seruandum ex qua laude & seruatio homo potest perficere & perfici habet. Postea concluso determinat quod creatura rationalis facta est propter dei bonitatem & sui utilitatem. Vbi etiam addit quod mundus creatus est propter hominem, quia multa utilitas ex rebus aliis prouenit homini. Addit etiam quod non solum creature corporales, sed etiam ipsi angelii ad hominem per eum profectum faciunt. Deinde quia alicubi legitur in scriptura quod homo creatus est propter ruinam angelorum, propter hoc subdit quod illa non fuit tota causa sed concausa. Postea querit qualiter anima sit cōiuncta corpori, & dat de hoc cauſam triplicem. Primo quia sic Deo placuit. Secundo in signum futurae beatitudinis (vno enim spiritus cum carne representat possibilem fore unionem animæ ad deum.) Tertio propter animæ meritum, ut scilicet in corpore mortali maius meritum acquireret. Ultimum concludit quod circa omnem genus creaturæ vertitur sua intentio, scilicet circa spiritualem creaturam non vnitam corpori, & circa corpoream purę. Et circa spiritualem corpori vnitam. Et in hoc terminatur sententia &c.

**Q Y E S T I O N E P R I M A .**

Vtrum creatio sit possibilis.

*Thom. I. q. 45. ar. 1. c. 2.*

**C**irca principium secundi libri Sententiarum, Quartum primo de tribus in generali. Primum est de posibilitate creationis. Secundum est de eius communione. Tertium est de actione, & de intentione creatris. Adhuc circa primum queruntur tria. Primum est de posibilitate creationis absolute. Secundum vtrum creatura habens esse permanens potuerit ab æterno produci. Tertium vtrum aliquid successivum pura motu potuerit esse ab æterno, vel aliqua creatura sub motu. Ad primum sic proceditur, & arguitur quod creatio non sit possibilis, quia actio essentialius reficit subiectum quam terminum dicente Autore. & prim. quod actio non requirit quid agat, sed in quid agat. Est autem impossibile, & contradictionem implicans quod aliqua actio sit sine termino (Alioquin actio esset ubi nihil ageretur) ergo impossibile est aliquam actionem esse sine subiecto. Cum igitur creatio dicatur esse sine subiecto, videtur quod creatio non sit possibilis.

2 Item creatio videtur esse aliquid mediū inter deum creantem, & ipsam creaturam, sed constat quod non est substantia, ergo est accidentis. Omne autem accidens requirit subiectum, igitur &c.

3 IN CONTRARIUM est quod dicitur Mach. &c. Peto nate ut apicias in celo & terra, & inficias vel intelligas quod ex nihilo creavit ea Deus.

4 R E S P O N S O. Circa questionem istam primo videndum est quid importatur per nomine creationis, quo viso respondetur ad questionem.

5 Quantum ad primum intelligendum est quod per creationem, secundum quod nomine creationis communiter accipitur importatur actio per quam aliquid producitur ex nihilo. Hoc autem potest intelligi tripliciter, uno modo materialiter, scilicet quod nihil sit materia rei productæ quod esse non potest, quia quod nihil est, nullius potest esse materia. Inest enim materia rei factæ tanquam pars eius. Est enim materia ex qua aliquid fit cum insit ut dicitur i. Physic. Alio modo ordinabiliter ut sit sensus creaturas fieri ex nihilo, id est, post nihil, ita ut maneat ordo affirmatiuus à nihilo tanquam à termino à quo.

6 Quem sensum licet quandoq; doctores accipiunt tanquam veri imaginantes quoquo modo licet impropriè loquendo ens & nihil esse terminos creationis, tamè propriè loquendo istud non est verum, propterea quod non est possibile ponere terminos in actione in qua non est subiectum commune vtrig; termino nisi vterq; terminus

**Quæstio I.**

126

sit positivus (quod dico propter transubstantiationem patens in corpore Christi) cuius ratio est, quia necesse est in omni actione habere terminos & termini sint incompositibiles & quod vnuus necessarius precedat alium (videlicet terminus à quo terminus ad quem) sed negatio vel privatio non potest secundum se precedere habitum natura vel duratione, cum secundum se & in se non sit aliqua natura, nec durationem habeat, ergo si aliquo modo procedit, hoc est ratione alicuius naturæ sibi subiectæ, igitur in actione non habente communem subiectum sicut est creatio, ens & nihil non possunt esse termini, cum terminorum alter sit pura negatio.

7 Item oportet quod virtus agentis in omni actione attinet vtrumq; termini, vnuus enim abiicitur & alter acquiritur, & vtrumq; sit virtute agentis, & ideo oportet quod virtus agentis vtrumq; attinet, vterq; autem potest attinari, quando vterq; est positivus, sed quod alter est positivus & alter est negatus, cum illud quod nihil est attinari non potest secundum se oportet quod attinet ratione alicuius substrati quemadmodum sit in illuminatione aëris, cum de non illuminato sit illuminatus, & viceversa alter terminorum est priuatum, alter vero forma, nunquam enim attinari potest terminus negatus nisi ratione substrati subiecti à quo expellitur priuatum per introductionem habitus. Cum igitur in creatione non supponatur subiectum commune impossibile est quod proprio loco demus ei duos terminos, scilicet ens & nihil.

8 Relinquit igitur tertium, scilicet quod creatio dicitur esse de nihilo, solum negativæ, quia non est de aliquo nec in ratione subiecti, nec in ratione termini. Vnde sicut non habet subiectum, sic neq; terminus ex quo, vel à quo sit. Non enim est motus vel mutatio quæ sunt, à quadam in quoddam.

9 Hoc vixi dicendum est quod creatio est possibilis, hoc est, productio alicuius de nihilo modo quo expositum est. Quod probatur duplum. Primo modo sic, materia est aliquid productum, sed hoc non potest esse, nisi per creationem, igitur &c. Minor patet, quia materia est ultimum subiectum, propter quod ad eum productionem non potest est aliud prius subiectum. Probo maiorem, omne quod sibi dicitur est non ens habet causam deducientem ipsum de non esse ad esse (Alioquin nunq; esset ens, sed semper non ens) sed materia prima si sibi derelinqueretur, esset non ens, ergo habet causam deducientem ipsam de non esse ad esse. Tali autem est sola causa agens, &c. Maior iam patet, minor satis est clara, quia materia prima non potest esse sine forma, igitur, &c. Si dicatur quod immo virtute diuina, habetur propositum, quia si non potest esse sine forma, nisi deo hoc faciente, ergo sibi derelicta non esset ens.

10 Secundo sic, nulla productio supponit subiectum, nisi quatenus terminus productionis non potest esse sine subiecto. Fieri enim ordinatur ad esse, sed Deus potest facere quod accidens sit sine subiecto (ut in sacramento altaris) ergo potest facere quod accidens sit sine subiecto, sed tunc est vera creatione, ergo &c. Et ratio hæc partim innititur fidei, & sic patet primum.

11 Ad primum argumentum dicendum est per interpretationem maioris. Omnis enim actio realis est eadem cum suo termino, vel saltem illa quæ est sine motu, quælis est creatio. Et ideo essentialiorem ordinem habet ad suum terminum, & ad subiectum. Quod autem dicit Author, a. principiorum, quod actio non requirit quid agat, sed in quid agat, intelligentem est sic, quod actio naturalis de qua loquimur, quæ habet subiectum & terminum supponit subiectum, tanquam aliquid praexistentis, non autem supponit terminum, sed producit.

12 Ad secundum est dicendum quod creatio non est aliquid medium inter Deum & creaturam, sed est ipsam creaturam sub respectu vel denominatione respectiva ad dantem esse. Est enim creari idem quod habere est ab alio secundum se totum.

**Q Y E S T I O N E S E C U N D A .**

Vtrum creatura habet esse fixum & permanentem

potuerit ab eterno produci.

*Thom. I. q. 46. ar. 2. Hen. quodl. I. q. 7. & quodl. 9. q. 17.*

*Holcot. 2. q. 2. ar. 5. vide hic scolum.*

*Inf. q. 4.  
num. 33-*

Ad sc.

### Magistri Durandi de

**A**D Secundum sic proceditur, Et arguitur quod crea  
turam habens esse fixum & permanens non poterit  
ab aeterno produci. Omnis duratio inclusa inter duo nunc  
necessario est finita, sicut omnis linea quae est inter duo  
puncta, necessario est finita, sed omnis duratio creaturae  
necessario clauditur inter duo nunc, ergo &c. Minor pro-  
batur. Creatio enim cuiuslibet creature, necessario est in  
aliquo nunc. Non est enim in tempore, quoniam sit subita,  
modo etiam est accipere aliquia duo nunc, inter quae duo  
nunc tota duratio creaturae clauditur, ergo &c.

**2** Itē creatura aut simul sit & facta est, aut prius sit, &  
posterior facta est. Si dicatur quod prius sit & posterior facta  
est, aeterna esse non potest, quia habetur aliquid prius se-  
duratione. Si vero simul sit & facta est, aut hoc erit verum  
pro quolibet instanti, aut pro uno tantum. Non pro quo-  
libet, quia nunc esset verū dicere quod mundus sit & factus  
est, creaturā & creatus est, quod videtur inconveniens. Si  
pro uno nunc tantum, quā nullum nunc transiens, quēad-  
modum est nunc mentitur creationē, que transit, sit pter-  
num, impossibile est creaturam esse ab aeterno.

**3** Itē secundum philosophum, i. peri hermenias. Omne  
quod est quando est necesse est, sicut Sortem federe quan-  
do fedet, ita & pro tempore illo quo est, nō est potentia ut  
non sit, nec ex parte rei, nec ex parte alicuius agentis. Et  
sumister quod fuit quando fuit, necessario fuit. Quod autem  
est necessario isto modo non est necessario ab solutè,  
quia erat potentia in tempore precedenti, per quam illa actus  
potuit impediiri. Ex hoc arguitur quod aliquando fuit,  
nec erat potentia precedens, per quam potuit impedi-  
ri, tale necessario fuit necessitate absoluta, ita quod  
nulla est potentia, nec ex parte dei, nec ex parte rei quod  
illud non esset. Sed si ponatur creatura fuisse ab aeterno  
nunquam fuit duratio precedens, ratione cuius existentia  
eius posset impediiri, ergo ipsa fuit necessario necessitate  
absoluta, ita & nec ex parte dei, nec ex parte rei fuit possi-  
ble/cam nō esse, hoc autem est hereticum, quare &c.

**4** Itē omnis creatura habet de se non esse, si ergo ab  
alio habeat esse, aut simul habebit utrumq[ue] (esse & non  
esse) aut prius nō esse, quād est. Non simul, quia implicat  
contradiccionem, ergo prius habet non esse q[ue] est. Aut er-  
go natura aut duratione. Si duratione habetur propositū  
scilicet quod non fuit ab aeterno. Si natura solum, ergo si  
simil duratione, & pro eodem instanti, habet esse & non  
esse, quod est impossibile.

**5** Item versio in nihilum opponitur creationē quae est  
ex nihilo, sed omne annihilation habet non esse post esse  
duratione, ergo omne creatum habet esse post nō esse du-  
ratione, sed tale non potest esse aeternū, quare &c.

**6** Itē natura & duratio sunt idē in deo, sed Deus neces-  
sario præcedit res naturaliter, ergo duratio. Sed nihil ha-  
bēs aliquid prius duratione potest esse aeternū, ergo &c.

**7** Ad idē est Dama. lib. 4. cap. 9. qui dicit, non aptū na-  
tum est, quod ex non esse ad esse deducitur, coeternū est  
ei quod est finis principio & semper est.

**8** Et Hugo de san. Vict. lib. t. de Sa. dicit quod ineffa-  
bilis potentiae virtus non potest aliquid præter se habere  
coeternū.

**9** IN CONTRARIUM arguitur, quia non mi-  
nus est potens essentia diuina, q[ue] persona. Sed persona di-  
uina potest aliam personam diuinam coeternam produc-  
tere, sicut & produxit, ergo essentia diuina potest aliam  
essentiam sibi coeternam producere, non nisi creando,  
ergo &c.

**10** Item creatura potest statim cum est, effectū suum  
producente, sicut statim cum est ignis, est splendor eius, er-  
go multo fortius hoc potest facere Deus, qui est potētor  
omni creatura.

**11** RESPONSO. Questio ista habere potest du-  
plicem sensum. secundum quod ly ab aeterno potest duo  
determinare, scilicet hoc quod est potuit, vel hoc quod  
est creare. Primo modo queritur de possibilite creationis  
ab solutè. Est enim sensus, vtrum Deus potuit ab aeterno  
creare (id est, vtrum ab aeterno habuerit potentiam  
creandi aliquid.) Et cum constet quod Deus habuerit ab  
aeterno potentia ad omne quod est possibile (nulla enim  
potentia aduenit ex tempore) ideo hoc modo nō quer-  
ritur de possibilite creationis ab solutè, de qua in præ-

### Sancto Porciano

ced. quēst. dictum est. Sed secundo modo queritur de pos-  
sibilitate creationis nō ab solutè, sed respectu aeternitatis,  
an scilicet actus creandi potuit esse ab aeterno.

**12** Circa quod est intelligentium q[ue] creaturam fuisse  
ab aeterno potest intelligi duplice, uno modo q[ue] sem-  
per fuerit, nec habuerit tuę aeternitatis causam, seu princi-  
pium, & isto modo est impossibile secundum philosophi-  
am, & hereticum secundum fidem aliquid praeter Deum  
fuisse vel posse fuisse ab aeterno. Altero modo q[ue] creatura  
semper fuerit, nō habēs suę durationis initium, habēs tamē  
suę aeternitatis causam & principium. Et hoc modo nega-  
ri nō potest nisi propter defectū diuinae potentie, vel pro-  
pter repugnantia creaturae. Primum nullus dicit, quia po-  
tentia diuina ad omne possibile se extendit.

**13** Nec secundum potest dici, quia repugnatia ex par-  
te creaturae, ne ab aeterno posset fieri, aut effet propter de-  
fectū potentie passus ab aeterno, aut quia esset repugna-  
tia intellectuum. Primum non potest dici, quia pars ratio-  
ne nihil posset omnino creari, nec ab aeterno, nec de nos  
uo. Cū creatione nihil omnino supponat ex parte facti. So-  
lum ergo restat videre si ex repugnatia intellectū, id est,  
si contradictionē implicat creaturam ab aeterno fuisse.

**14** Et dicendum ad hoc, q[ue] res permanent, cuius esse  
nō constituit in successione, vt cœlū, homo, angelus potuit  
a Deo produci ab aeterno. Quod patet tripliciter, secun-  
dum tria quae sunt de ratione creaturae. Est enim creatura  
ens productū ab alio, de nihilo. Iam ratione qua creatura  
est ens nō potest sibi repugnare, fuisse ab aeterno, quia po-  
tissimum repugnat deo, in quo verissime saluator ratio en-  
tis, ergo si repugnat ei hoc erit vel ratione causa produ-  
centis, quia est ab alio, vel ratione productionis, quia est  
ens productū, vel ratione termini, quia de nihilo. Et de  
his omnibus tacte sunt difficultates in argumentis.

**15** Quod autem ei nō repugnat ratione causa produ-  
centis, quia est ab alio patet. Quia non est necesse causam  
agentem præcedere duratione suū effectū, quia si illud  
est de ratione agentis, aut ergo in quantum est agens ab  
solutē, aut in quantum tale agens, p. per voluntatem. Pri-  
mum nō potest dici, quia inueniuntur multa agentia, quo-  
rum effectus sunt statim cū suis causis. Statim enim cū est  
ignis lumen eius est in domo, & sol in cœdē infati, in quo  
creatus est hemispherii illuminavit. Item nec de ratione  
agentis per voluntatem est, q[ue] præcedat duratione suū  
effectū, nisi voluntas sit de nouo accedens, ita vt de non  
volente fiat volens, aut voluntas sit delibera-  
tionis sequēs, neutrum autem sitorum est in Deo, quare &c.

**16** Item voluntas diuina non minuit eius potentiam,  
inf. in 4.  
d. 4. 9. 1.  
mag. 16.

sed secundum omnes, si Deus ageret ex necessitate natu-  
re, res fuissebant ab aeterno, ergo non obstante quod Deus

agit per voluntatem res poterunt esse ab aeterno. Nō est

ergo repugnatia intellectū, si dicamus causam agen-  
tem non præcedere suum effectū.

**17** Quod autem non sit repugnatia ex parte produ-  
ctionis, quin creatura potuerit esse ab aeterno, inquirendum  
est nunc, quia in hoc dependet maior pars questio-  
nis. Quidam enim detur de productione creaturae, sive  
quod sit in instanti, sive in tempore, semper videtur sequi  
q[ue] creatura sit de novo. Si enim creatio sit sucesiva, &  
in tempore, ipsa duratione præcedet creaturam. Si autem  
sit in instanti inter illud infinitum, & inter aliud quod nunc ac-  
cipitur, includetur tota duratio creaturae, et in illis finitur  
tempus in suis terminis. Et ideo licet ad probandum q[ue] agens  
creatiū non præcedat duratione suū effectū sufficiat probare  
q[ue] agat ex necessitate nature, & actione subita, tamen nō  
sufficit hoc circa agens increatum. Quanvis enim non repu-  
gnet actioni momentaneę q[ue] sit in cœdē infati, in quo est  
causa agens, quę etiā in instanti incipit esse, tamē repugnat  
actioni momentaneę, quod sit aeterna vt videtur.

**18** Ad tollendum igitur hanc difficultatem distingue-  
di sunt modi quibus aliquid habet fieri, qui sunt quatuor  
in viuendo, quidam enim sunt per modum solum, sicut  
aqua sit calida per motū calefactionis. Alia sunt per mu-  
tationem sequentem motū de necessitate, sicut forma sub-  
stantialis introducit in materia per generationem fe-  
quentē alterationē præiū, cuius ipsa est terminus salē ex  
trinsecus. Tertio modo aliqua sunt per mutationē quidē  
sequēs.

**Lib. II. Distinctio. I.**

sequentem motum, sed non per se, nec ex necessitate, sicut illuminatur hemispherii nostrum a sole, quā illuminatio nō est motus localis solis, per quē sit nō prae tens. In primo autē instanti, quando factū est sol, fuit aēr illuminatus a sole, sed non per precedentē motū. Quarto modo fuit aliqua, nō per motum aut mutationē, sed per simplicem emanationē, sicut illa qua creantur.

16 In his autē quartū modis fieri & factū est, nō eodem modo se habet. Nam in illis quae sunt per motū, factū est se habet ad hanc, sicut eiūsternus. Et simili modo mensura ipsius factū est se habet ad mensurā fieri, sicut eius terminus. Propter quod sicut motus vel fieri mensuratur tempore, sic factū est mensuratur nunc temporis, quod est nūc iūnes. Et sicut verū est dicere de tali re, q̄ sit, solum pro tempore mēsurātō motū, sic verū est dicere q̄ factū est solum pro illo instanti, in quo terminus est motus.

17 In illis vero quae sunt per mutationē sequentē motū per se, idem est iudicium, quia enim vnu est propter alterū (sicilicē motus praecedens propter sequentē mutationē) iudicandū est q̄ utrobiq; est vnu tantū quod inveniatur, ita scilicet ut talis res dicatur solum fieri pro tempore mensurātō motū, factā autē pro nunc quod est terminus illius temporis, quānus factū est vel fieri secundum ipsam mutationē praeceps īmūlūtū sūt & vnum.

18 In his vero quae sunt per mutationē sequentē motū localem, sed non ex necessitate ut dictū est de illuminatione est aliter, quia propter motū praecedētē non dicitur res fieri, quia per motū localem nec forma acquiritur subiecto, nec aliqua dispositio ad formā. Et ideo factū est per sequentē mutationē nō est terminus praecedētē motū, nisi per accidens, quia est quando terminus praecedētē motū est. Nec mensura eius est eadem cū mensura termini motū, nisi secundum accidens. Inquantū ei coexīt primō. Alio enim nunc mensuratur terminus motū localis, quia nunc temporis fluente, alio mensuratur illuminatio, quia nunc stante, & nō fluente. Quod patet sic, idē manens idem secundum idē, & respectu eiusdem semper natum facere idē, si agat ex necessitate natura. Sed si sol accedens ad primū pūctū hemispherii nostri staret ibi, ita q̄ ibi terminaretur motus localis praecedens, & inciperet illuminare nostrum aērem, tunc sol maneret idem respectu aēris, & secundum idem ageret, & id ex necessitate natura. Aēr etiam maneret in eadem dispositiōne, vt suppono, ergo sol sic manens semper faceret idem. Sicut igitur in primo instanti verū fuit dicere de eodem lumine q̄ sit, & factū est, ita in quolibet alio verū est dicere de eodem lumine q̄ sit & factū est. Propria ergo mensura talis fieri non est nunc fluens, quod non contingit bis accipere, sed nunc stans, quod potest pluribus partibus temporis coexistere. Veruntamen, quia motus praecedēt est dare aliud nunc temporis, cui primō coexistit nūc mensura illuminationis, quod non est, nisi motus praecedēt.

19 In his vero quae sunt per simplicem emanationē abscī motu praecedētē (sicut illa qua creantur) fieri & factū est simili sunt & vnum, & mensuratur nunc stante, quod nō necessario coexistit primō aliqui nunc temporis quod patet, quia actio & passio sunt vnu motus sub diversis respectibus, q̄o & ad quē, ergo circumscripētō motu actio & passio dicunt solos respectus inter producent & productum. Cum ergo creatio sit sine motu, creare & creari dicunt solos respectus inter deum & creaturā, ita q̄ creare nihil aliud est q̄ dare esse alteri nullo supposito, & creari, quānū sic habere esse à deo. Et ideo quānū pro quolibet instanti sit verū dicere q̄ creatura habet esse à deo pro quilibet est etiam verū dicere, q̄ creatur & creatā est. Nec oportet mensurā creationis coexistere primo aliqui nunc temporis, quia nō oportet aliqui motum praece dire creationem, sicut sit in illuminatione noua, ratione nouitatis. Sed sicut in diuinis semper est verū dicere factū gignitur & genitus est à patre ex necessitate natura, & in identitate essentiā, sic verū est dicere de creatura (quādū est) q̄ creatur à deo, & creatā est ex libera tamē voluntate diuinā, & in diuersitate essentiā, vt sit eadem actio creationis rerum, & conseruationis eorum. Et licet sit sentiendum sic, tamē aliter est loquendum, secundum quod plures loquuntur, quia enim actiones notiores nobis sunt illæ quae sunt cum motu, aut quae sequuntur mo-

**Quæstio II.**

17 tum, vi generationes rerum naturalium : & in his res nō dicitur neri post primū instanti, in quo acceptit esse. Ideo secundū hanc similitudinē, nec nos dicimus q̄ colūm nunc creetur, aut angelus, quia tamen secundum rei veritatem sit sentiendum sic. Mensura & iūtū creationis est nūc stans, quod potest pluribus nunc temporis coexistere. Nec est necesse dare aliquod nunc temporis, cui primō coexistat, quoniam nullus motus creationem praecedat, sicut non est necesse dare a parte post ultimum nunc temporis, cui dūratio creature ultimō coexistat.

20 Ex his formatur talis ratio, Actio quaē non est successiva, nec mensuratur nūc fluente, quod non cōtingit plures accipere, sed nunc stante, talis actio non impedit quoniam productum per eam possit coexistere producenti. Et hoc manifestum est ex praecedētibus. Si enim ester succēsua, impedit coexistētia respectu cuiuslibet agentis. Rursum si est subita, & mensuraretur nūc fluente nō impedit coexistētia respectu agentis temporalis, impedit rāmen respectu aēterni, quia tale nunc non contingit plures accipere. Et iūtū cū semel acceptum sit, prius accipere non potuit, & sic ab aēterno non fuit. Sed his amotis nihil impedit ex parte actionis coexistētia effectus cum agente aēterno. Sed creatio est talis actio quaē non est successiva, sed subita, nec mensuratur nun fluente, sed stante, vt deducētum fuit, ergo non repugnat creatura ratione suae productionis, quoniam posuit ab aēterno coexistere deo producenti, quod fuit secundum.

21 Quod item non sit repugnantia ratione terminis (quod erat tertium) ex eo scilicet q̄ creatura dicitur esse ex nihilo (Ex hoc enim forte videretur q̄ creatura habet esse post nihil duratione) hoc si offēdit, illud quod nō praecedit creaturā duratione vel natura, non impedit eam quoniam posit est aēterna, sed esse nihil vel ex nihilo nō praecedit esse creatura duratione vel natura, igitur &c. Maior patet, etiam si ponatur etiam solum quod non praecederet duratione. Minor probatur, quia creatura non dicitur fieri ex nihilo materialiter, tanquam nihil sit materia facti, nec ordinabiliter, ita vt maneat ordo affirmatiū ad nihil sub hoc sensu, quod fuit ex nihilo, id est, post nihil, sed dicitur fieri ex nihilo pure negatiū, id est, non ex alio quo, & isto modo nulla antecedens durationis, aut naturae intelligitur ipsius nihil ad esse creaturā. Vnde non est necesse creaturam prius tempore vel natura fuisse nihil quam aliquid.

22 Quod autē consuevit dici q̄ creatura prius est naturaliter non ens quām ens, quia de se habet q̄ sit non ens, ab alio autē habet q̄ sit ens, prius autem est quod inest alii cui ex se, quām quod inest ab alio. Non intelligo qualiter posuit esse verū, quām quod inest alii ex se, vel ex natura sua, natura non destruit, sed ponit vel supponit, nō ens autem vel nihil naturam destruit : ergo impossibile est, q̄ aliqua res ex natura, a ūa sit non ens vel nihil.

23 Nec obstat si dicatur q̄ res de natura sua nō est ens, & proinde est non ens, quia aliud est dicere naturam rei nō habere esse de se, & habere de se non est. Primū enim istorum est verū, secundum autē falso & impossibile. Infra. 44. q. 1. Et ita patet q̄ non repugnat creatura (quia est ex nihilo) quoniam sit vel esse posuit ab aēterno, quia per hoc quod creatura est ex nihilo, nullus ordo naturae aut durationis importatur ad nihil. Sic igitur appetit, quod creatura permanenti non repugnat fuisse ab aēterno.

24 Sed cōtra arguitur sic, Creatura habet causam priorem se, sicut ordine naturae, in illo ergo priori creatura non fuit ens, ergo non ens, vel nihil : & sic inter creaturā & nihil, est saltem ordo naturae. Et dicendum ad hoc q̄ ponendo ordinē prioris & posterioris secundum naturā inter creaturā & nihil, non propter hoc sequitur quoniam creatura posuit esse eterna, nisi posteretur inter ipsa ordo durationis, sicut prius dictum fuit. Et nihilominus nec ordo naturae est inter ipsa, quānus sit inter creaturā & suā causam. Et quoniam dicitur quod in illo priori cause creatura non fuit ens, non est verū, quia prius & posterior secundum naturā non attenduntur secundum entitatem, & non entitatem, vt verū sit dicere quod vnum sit alio non existente, quia nunquā est verū dicere quod sol sit lumine non existente, & tamen sol est prior secundum naturā, quām suum lumen, sed attenduntur secundum entitatem.

### Magistri Durandi de

entitatē dependēt & independēt, quia illud est prius secundum naturā, cuius entitas est independens, & illud posterius, cuius entitas est dependens, & tamē iste duc entitatis sunt semper simili.

Sed prioritas causa nō cōpēt effēctū, sicut nec independētia.

Non est ergo verum q̄ in illo priori causa sue creatura non sit ens: mō est ens, sed quia est dependens, ideo non attribuitur ei illa prioritas,

25 A D P R I M V M argumentum principale dicendum quod duratio creature inclusa inter duo nunc fluētia, vel quae imaginatur in motu fluētia, est necessariō finita, sed duratio creature permanētis, non accipētis esse per motū, nec per mutationem sequentē motū, non necessariō includit inter talia duo nunc, sed mensuratur nunc stāte quod potest pluribus temporis coexistere, iñd quod plus est, potest toti tempori coexistere & ideo non oportet ratione durationem esse finitam.

26 Ad secundum dicendum est quod creatura dum creaturū simul sit, & facta est. Et hoc non solum verum est pro vno nunc fluēt, sed pro nunc quod potest roti tempori coexistere, & præexistere.

27 Ad tertium dicendum q̄ cum dicitur illud quod ali quando fuit nec erat tēpus p̄cedens pro quo potuit impeditū illud est necessariū necessitate absoluta. Dicendū quod falsum est. Siue enim creatura sit ab ēterno producta, siue ex tempore semper est à Deo liberē produc̄ta, & non ex necessitate absoluta. Quid patet quia illud quod non est necessariō volūtū à Deo non est necessariō à Deo productū (cū Deus agat per voluntatem) sed Deus nihil aliud a se videt ex necessitate. Non enim necessitatur voluntas nisi respectu finis, vel eorū finis quibus finis haberi nō potest, vel conseruari, nihil autē tale inuenitur in creaturis respectu diuinā bonitatis qua est finis omnī, & ideo nihil creatum est à deo necessariō volūtū vel productū, q̄ enim tempus p̄cedens nihil vel non p̄cedens facit ad hoc quod aliquid procedat à Deo liberē, vel necessariō.

Tota enim ratio liberratis vel necessitatis sumēda est ex habitudine potentiae ad obiectum. Quid patet: quia omnis p̄destinatus est ab ēterno p̄destinatus, & tamen quilibet p̄destinatus liberē est p̄destinatus, ita quod ab ēterno potuit non p̄destinari, & similiter est in proposito. Et si aliquis dicat quod non est simile, quia p̄destinatio ratione eius quod est p̄, importat antecessionē ad effectum p̄definitionis, & ideo quod p̄definitionat est, non necessariō est, quia respicit determinatū tempus, non si autē est illud quod est ab ēterno. Non valet, quia non solum effectus p̄definitionis qui euēnit in tempore contingenter euēnit & non ex necessitate puta Sortem saluari, sed ipsum esse p̄definitionatum saluari, quod est ēternum & non respicit determinatum tempus, liberū fuit, & non necessariū nisi ex suppositione, sicut Sōrem currere supposito quod curat.

28 A D Q V A R T V M patet ex iam dictis, falsum enim est illud quod assumitur videlicet quod creatura habet de se non esse quanuis de se non sit ens eo modo quo Deus de se est ens.

29 Ad quintū dicendum quod non est simile de creatione & de versione, quia versio supponit creationē, non enim est veribile in nihil nisi quod est creati ex nihilo, propter quod omnis versio ex tēpore est cum ipsam p̄cedat creatio duratione. Creatio autē nihil supponit nec subiectum, nec terminū ratione cuius oporteat in ea posnere nouitatem. Si vero argueretur sic, versionē in nihil, sequitur aliqua duratio, ergo creationem ex nihilo p̄cedit aliqua duratio, quia si se habere videtur versus ad nihil in ratione termini ad quē est, sicut creatio ad nihil in ratione termini à quo. Dicendū q̄ nihil non est terminus a quo creatiōis, nec terminus ad quē versionis vt sup. probatum fuit: q. i. n. s. Itē quod assumitur non est versū scilicet q̄ versionem in nihil necessario sequatur aliqua duratio. Et enim versio aliquid nō habere est à deo post quam habuit esse ab ipso. Sicut enim creare est aliquid dare totū sūi esse, ita vertere in nihil est nō dare esse cui p̄detur. Illud autē verificatur tōto tempore quō res non est postquam fuit, & ideo versio potest coexistere infinita durationi à parte post, sicut creatio à parte ante.

30 Ad sextū negatur consequentia. Et ratio est quia licet essentia diuina & eius duratio sint idem, tamen esse

### Sancto Porciano

simil natura cum Deo & esse simili cū eo duratione differt realiter propter respectum cōnotatum in hoc quod dico simili. Aliqua enim simili esse duratione est vnius esse dum aliud est quod quidem potest cōuenire creatura respectu Dei, ut ostendit est. Este autem simili natura est vnu non praetelligi alteri, nec superponi ab altero, sed esse simili naturali intelligentia absq̄ dependēta vel p̄; suppositione vnius ab altero quod non potest competere creatura respectu Dei, ergo &c.

31 Ad septimum quod vltimō adducitur de Damasi, & Hug. dicendū est quod licet creatura ab ēterno fuisse, nam nō est dicendū eam cōpari in ēternitate quod importat nomen cogitari quasi coquātū ēternitati, quia ēternitas creatoris est semper simili tota vniiformiter se habens, nec potest aliquam variationem sufficiere, quālibet autem creatura mutabilis est aliqualiter, etiam si ab ēterno esset, propter quod ēternitas creaturā non potest & quālibet ēternitati creatoris, & hoc modo intelligendum est creaturam non posse esse coeternam creatori, nō quin creatura ab ēterno esse potuerit, sed quia ēternitas eius deficit a perfectione ēternitatis diuinæ, nec duratio eius est propriē ēterna, quia non mensuratur ēternitate, sed aeterno, coexistere tamen semper ēternitatis, & sic expōndere fuit autoritas Damasceni & Hug. Hanc respondētē tangit Boethius vltimo de consol. dicens sic, non recte, inquit, cūm audiunt vīsum Platoni mundum hunc nec habuisse initium temporis, nec habitum esse defēctum, hoc modo conditoris mundum fieri coeternū p̄tant. Aliud enim est per interminabiliē vitam duci quod mundo Plato tribuit. Aliud interminabilis vita totam pariter complexam esse presentiam.

### Q V E S T I O T E R T I A.

Vrum entia successiva potuerint fuisse ab ēterno.

Tho. c. 46. ar. 2. ad. 6. q. 7.

T Eritio queritur, vrum entia successiva, vt motus, & tempus potuerint fuisse ab ēterno. Et arguitur quod sic, quia quando aliquis sunt eiusdem rationis quod non repugnat vni non repugnat alteri, sed partes motus sunt eiusdem rationis, ergo cū nō repugnet hinc vel illi parti habuisse ante se aliam, videtur nec quod aliqui parti motus, & sic ante quālibet potuit esse alia, & sic suūt in finite, quare & ab ēterno.

2 Item probatur de generatione sic, in his que sunt eiusdem natura est idē modus acquirendi naturā, sed induit̄ia eiusdem speciei sunt eiusdem naturā specificē, ergo habet eiusdem modū accipiēdi naturā, vel saltē habere possunt. Hic autem modus est per generationē, ergo omnia sunt genita & nullum creatum, vel saltē sic esse potest, quo posito non esset dare primum genitum, quare &c.

3 Ad item est intentio Arist. s. Physic. & primo celi & mundi vbi sentit quod non solum talia potuerint esse ab ēterno, sed etiam quod fuerunt.

4 Item si motus celi non potest fuisse ab ēterno hoc est propter aliquod impedimentum quod esset ex parte mouentis, vel mobilis vel ipsati. Non ex parte mouentis quia ēternum. Nec ex parte mobilis quod potest esse per numerū, vt dictū fuit in p̄cedenti quest. Nec ex parte spaciā tanquā oporteat dare aliquod signū q̄uo primō incipiat motus, cūm motus celi non sit rectus, sed circularis, ergo nihil impedit quin motus celi poterit esse ab ēterno.

5 IN C O N T R A R I V M arguitur, quia si motus fuisse ab ēterno infinita revolutiones suūt pertinat̄, hoc est impossibile, ergo &c.

6 Item si mundus ab ēterno fuisse, heri p̄cessissent infiniti dies. Similiter & hodie, sed infinito nihil est mājus, ergo tot p̄cessissent heri sicut hodie: sed hoc est impossibile, cūm hodie sit noua dies addita, ergo &c.

7 Item tempus ab heri est pars temporis ab hodie, sed pars non potest cōpari toti (cōparetur autem si infiniti dies p̄cessissent) ergo &c.

8 Itē si mundus fuisse ab ēterno, suūt infiniti homines, Sed corruptio homine anima remanet, ergo suūt infinita anima. Hoc autē videtur impossibile, ergo &c.

9 R E S P O N S I O . Repugnat motui & cōtingit crea- tura sub motu fuisse ab ēterno. Quid patet primō sic. In quibuscunq̄ est dare primum & vltimum illa sunt finita. Sed in revolutionibus celi acceptis seu p̄teritis que sunt